



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Capvt Secvndvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

non poteris. Quid ergo respicis arro-
ganteis tacitus dum deuorat impius iu-
stiorem se? Et facis hominem ueluti pi-
scemarisi, ueluti reptilia, quibus non
est, qui dominetur eorum. Omnia ad-
duxit in hamum suum, congregauit ea
in sagenam suam, collegitque ea in pla-
gam suam, propterea laetatur & exul-
tat. Ideoq; offeret sagenę suę, adolebit
incēsum reti suo. Per illa enim pingue-
do partis suę & cibi sui copia est. Quo
circa expandet sagenam suam, necq; un-
quam gentes occidere parcer.

CAPVT SECUNDVM.

Super custodiā meā stabo, & su-
per munitionē statuam me, & con-
templabor, ut uideam quid dicatur mi-
hi, & quid uertam ad increpantem me,
DOMINVS autem respondit mihi, & di-
xit. Scribe uisionem, & depinge super
tabulas, ut qui præcucurrerit legere in
his possit. Nempe quod uisio ista ad
statutum usque tempus durabit, & li-
bere tandem prodibit in lucem, nec fal-

A 3 let. Si

H A B A C V C.

Iet. Si moram nexuerit expecta illam
ueniens nanque ueniet, & non tarda-
bit. Ecce repugnantis animæ nihil pro-
speri obueniet, Et iustus in fide sua
uiuet.

CAPVT TERTIVM.

AT qui uinū fortē uirum decipit,
Adeo ut minime consistat, utque di-
latet, ueluti Infernus, animā suam simi-
lis mortis existens, quæ insatiabilis ad
Iesē colligit omnes gentes, & congre-
gat ad se omnes populos, Nōne illi os-
mnes in eum sententiam condent & fa-
bulam & prouerbium & dicent?

Væ qui suam rem e non suo multi-
plicat, quamdiu id perseverabit, & qui
aggrauat super se densum lutum. Non
ne subito euigilabunt mordentes te &
expergescent concutientes te, & appre-
henderis ab illis? Quoniā tu depræda-
tus es gentes multas deprædabuntur tu
omnes reliquæ populorum, propter
sanguinem hominis & iniuriam terra-
euitatis, & omnium in ea degentium.

Væ quid!